



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Supplicatio, Sive Signatura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

bitio boni viri, Sylvest. *in ver. Societas*, 3.
§. 9. Nav. c. 17. n. 261. D. Anton. 2. par. tit.
1. c. 7. §. 43.

Nondum potest fieri societas salvo prin-
cipali cum assecuratione principalis, &
diminutione lucri pro parte assecuran-
tis, ut si contingerent assecurato duo-
decim, solvantur quatuor per assecu-
rantem, Nav. *in ca. si foveraveris*, notab.
14. n. 32. 14. q. 3.

SUPPLICATIO, SIVE
SIGNATURA.

SI aliquis dat supplicationem summo
Pontifici, pro imperatione alicujus be-
neficii, idque impetrat, nondum levatis
Bullis, queritur, an stante sola suppli-
catione, posset Ordinarius conferre il-
lud beneficium (supposito quod alias
posset) & videretur quod non, primo,
quia statim, quod supplicatio est signata,
in continenti est jus acquisitum, & gra-
tia est in se perfecta, Gom. *in quest.* 18.
col. 2. de infir. resig. Archid. Io. Andr. &
alii, *in proemio Sixti*: & supplicatio dat
jus ad rem: idem *ibidem*, Nav. *conf.* 16.
nu. 2. de injur. & per solam signaturam
potest quis capere possessionem benefi-
cii, Reb. *praet. benef. tit. de miss. in possess.*
nu. 39. & possessio per solam signaturam
potest capi; & gratia Principis per so-
lam signaturam recipit esse. Gom. *q. 5. de*
non judic. & in *Judice in litera L.* dicit,
litteras non dare jus in re, neque ad rem:
sed ad hoc posset responderi, hoc intel-
ligi de jure communi, secus de stylo, &
Cancel. tamen oppositum habet idem
Gom. *de expect. numero 16. in fine*, &

17. ubi agit valere collationes Ordini-
narium, factas ante expeditionem li-
terarum; & hoc confirmat in facto.
Ratio est, quia per solam signaturam,
sive supplicationem, non expirat refer-
vatio beneficii, facta à Papa, si antea sibi
reservasset, vel devolvisset, Covar.
lib. 2. capit. 16. numero 2. variarum re-
sol. Gom. *l. c.* ergo non tribuit jus, nec
ligat manus Ordin. nec valet dicere,
quod tribuit aliquod jus considerabile
per *Reg. de non toll. jure quasi.* quia ibi ha-
bet locum, quando expedita supplicatio-
ne à Papa, alter vellet aliam supplicatio-
nem impetrare ab eodem, quia tunc non
intelligitur derogari juri acquisito al-
teri, secus verò in Ordinario, facit eti-
am pro eodem quod si impetrans vellet
uti supplicatione, sive signatura, contra
supplicationem factam ab Ord. hoc non
posset probare, quia obstaret ei regula de
non judicando juxta formam supp. nec
potest canonizari, cum sit informis, Gó.
l. c. Bulla Julii III. qua est fol. 534. num. 33.
decl. sac. Congr. 321. Selva tract. de be-
nef. 2. par. quest. 15. numero 1. Staph.
de lit. grat. fol. 203. num. 8. & *infra.* nec
per solam supplicationem & signatu-
ram dicitur dispositum de beneficio?
Staph. *loc. cit. n. 10.* & hoc intelligitur de
omni supplicatione, & signatura, quod
non faciat probationem in judicio, nisi
levatis Bullis sive literis, nisi dicatur,
quod sola signatura sufficiat, Staph. *355.*
num. 3.

Sed queritur quando Bullæ dicantur
expeditæ in Curia, ut ex tunc Ordinarius
nō posset conferre? Respondetur, quod
facta fulminatione processus, quia

tunc gratia dicitur perfecta, Gom. de expect. nu. 17. & hoc est quando sunt literæ plumbatæ, idem in Reg. de non iud. Sc. & in tract. utri. sig. f. 87. col. 4. ver. est autem advertendum.

Nec valet dicere, quod potestas summi Pontif. est tantæ potentæ, quod ubique statim ac imposuerit manus, causat reservationem, seu affectionem, & manus Papæ appositio, facit quod inferior se intromittere non possit. Fel. quia intelligitur de decreto irritante, vel quando concedit gratiam expectat, vel mandatum de providendo, ut est videre Gom. in utroque retract. & Staph. & decretum irritans non habet locum, si ve vires, nisi confectis, & expeditis literis, & non antea, Gom. loc. cit. n. 18. & 19 & Staph. de lit. grat. à n. 14. & infra, vide gl. not. in c. venies, in ver. renunciaſſe iuri, de renun. ubi dicit, an, & quando alicui acquiratur jus in beneficio, & per hæc patet ad objecta, vide Rebuff. ubi supra in for. signat. in ver. affectum, & de reser. tam gen. quàm spec. n. 30. & inf. & an, & quando solæ signaturæ credatur, vide eund. in 3. par. for. sign. in ver. datum, à n. 1. facit c. institutionis, 25. q. 2. deci. Rot. 882 que incipit; Nota, quòd ubi gratia, in antiquis. & hoc quod dictum est, ampliatur, quod etiam præsentatio literarum Papæ facta Ordinatio non ligat eis manus, quin alteri, quàm illi pro quo scribitur conferri non possit, ita in c. soli ordinario, de concess. præb. lib. 6. & ibi Anchar. n. 1. Gl. in c. dilectus, il 2. in ver. receperit, de præb. Staph. fol. 202. n. 5. & 2. sed illud non est omittendum, quæpiam in foro conscientiæ posse uti sola signatura. Re-

buff. de sign. grat. n. 8. sed secus in foro fori, per regulam de non iudicando, & c. sed huic videtur obſtare practica, quia quotiescunque Papa confert beneficium, quod pertinebat ad collationem alterius per indultum Apostolicum, prout est alternativa, creditur voluisse derogare indulto, seu alternativæ alicui concessæ quando illud sciebat, & contrarium concessit. Caputaq. dec. 83. p. 2. Præterea supplicatio sola dat titulum, quando non venit canonizanda, Caputaq. dec. 235. p. 3. & 301. ubi dicit, quòd sola supplicatione auctoris justificatur titulus, vide superius in ver. Bullæ, §. 10. Sed Gemin. in c. si eo tempore, ver. nam datio, de elect. li. 6. dicit: nam datio executoris ad providendum, satis videtur habere vim reservationis, & tamen illam non afficit, sine decreto ante præsentationem, ubi videtur comprobare, quod dicitur in c. dilectus, il 2. & ibi Gl. in ver. receperit, de præb. lib. 6. & Anchar. num. 1.

SUFFRAGANEI.

PRIMUM, anteneatur ad Metropolitanum accedere extra celebrationem Concilii Provinc. Respondetur primum, quia id clarè habetur ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de resor. Secundò, quia ita censuit sac. Congreg. declar. 340. Tertio, quia ita rescriptum fuit Archiepiscopo Cusentino de mente Sanctiss. Domini ab ead. sac. Congr. sub datum Romæ, die 19. Novembris 1588. & hoc ampliatur, quòd nec accedere ad præstandam obedientiam, nec personaliter, nec per procuratorem, nullamque consuetudinem obſtare.

SVB-